

æqualis, inæqualis, &c. B. *Ein Verwundung*. G. *Verwundung*, *verfehrung der haut*. Gall. *Exulceration*, *Blesfure*, *Entameure de la peau*. A. An Exulceration.

EXUMBILICATIO, est *Hernia Umbilicalis*, seu Umbilici procidentia. Idem quod *Exomphalos*.

EXUSTIO, est, quando quis ab igne læsus fuerit. Estque triplex, *prima* lædit cuticulam, & cum vesiculis aquosis elevatur; *secunda* ipsam quoque cutim; *tertia* partes etiam cuti subjectas. Gr. *Ἐκυστία*. Illa *Exustio* sæpè studio & arte Chirurgicâ fit, ope cauteriorum candentium. B. *Brandung*. G. *Brand*, *brunst*, *verbrennen*. Gall. *Brusture*. A. A burning.

EZULA, vide *Esula*.

F.

F Significat in fine formularum *Fiat*.

F. L. A. Est *Fiat Lege Artis*.

F. S. A. Est *fiat secundum Artem*.

FABA, habet caules tres pedes circiter altos, quadratos, excavatos: folia sunt oblonga obrotunda, crassa, pinata, bina velut conjugata ad costam, quæ in mucronem abit: flores sunt leguminosi, oblongi, coloris aliquando albi, striis nigris intructi, aliquando purpurei, nigricantes: flori succedit siliqua longa, crassa, carnosâ, unicapularis, facta seminibus reniformibus oblongis, elatis vel ovalibus, coloris varii, plerùmque albi: radix longa, partim recta, & partim repens, fibrosa: Gr. *Κάβαρος*, & *Φάσηλος*, à Faliscis hoc vocabulum Latinis una immutata litera, dicebant enim *Habam*, quam Latini *Fabam*, propter literarum cognominationem F. & H. B. *Bouuen*. Gall. *Fève*.

FABA SANCTI IGNATII, sunt fructus Nucis vomicæ legitimæ Serapionis Camelli, habentes carnem amarâ, flavam, avellanæ nucis magnitudine, variæ tamen formæ: sunt hi nodosi, durissimi, corneæ substantiæ, coloris inter album & glaucum medii: Ex India orientali affertur, estque celebre antifebrile in Tertiana.

FABARIA, sic appellatur Telephii quædam species, idque à foliorum figura & crassitie à faba. Vide *Telephium*.

FACIES VULTUS, Gr. *πρόσωπον*. Anterior capitis pars non capillata, continens oculos, nasum, os, labia, men-

mentum, genas, frontem &c. B. *Het aangezigt*. G. Das angeſicht, antliſz. Gall. *La Face, le Viſage*. A. The Face, the Viſage.

FACIES HIPPOCRATICA, dicitur, quando nares acutæ ſunt, oculi concavi, tempora collapſa, auriculæ frigidæ & contractæ, auriumque lobi inverſi, quin cutis, circa frontem dura, tum circumtenſa & arida, color totius faciei pallidus, lividus, plumbeus aut niger. B. *Gen Hippocraats wezen*. G. Bleiche farbe, uebel aufzehen. Gall. *La Face, vel le viſage d'Hippocrate; l'air Ethique*. A. The Face, or Viſage of Hippocrates.

FACULTAS, ſive *δυναμις*, aut *Vis*, eſt actio quæ ab homine, vel ſolo corpore, vel corpore & mente, peragitur. Vid. Actio. B. *Magt / kragt*. G. Macht, vermögen. Gall. *Faculté, pouvoir, puissance*. A. Faculty, power.

FÆCULA, vide *Fæcula*.

FÆCES, vel FÆCES, ſunt reliquiæ, quæ poſt fermentationem deponuntur. Subſidentia item eſt liquorum, ſpiſſitudinem habentium, ex tenuioribus ſe ſeparantium, ex quorum ſpecie habentur fæculæ. B. *Giſt / evel / dzoeſſen / grondſop / onzuiberheid*. G. Truſen, heſen. Gall. *Lic, Fondrille*. A. The Dreggs, lees or groundes. Vide Excrementa.

FAGITRITICUM, & FAGOTRITICUM, idem quod *Fagopyrum*.

FAGOPYRUM, eſt frumenti ſpecies, ſive planta, duos pedes vel duos cum dimidio, alta, quæ habet caulem rotundum, mollem, excavatum, rubicundum: folia in initio obrotunda, poſtea anguloſa, hederam referentia, ſed minora: flos eſt apetalus, parvus, albus, in ſpicis vel racemis aut muſcariis habet octo ſtamina è calice quinque partito ſurgentia: Ovarium in calicis fundo innaiſcitur in placenta eleganter globulis in orbem poſitis ornata, eſt triquetrum tres emittens tubas, fit ſemen triquetrum, nigricans, farinoſum, intus album: radix fibroſa annua: colitur in agris, & nullum ſolum quantumvis aridum, & macrum reſpuit, ſic dicta à ſeminis figura, quod *Faginam glandem*, figura triquetra, & colore ſordido, quodammodo reſert, licet quantitate multo minus: eſt enim vox ex Latino nomine *Fagus*, & Gr. *πυρός* Triticum, Frumentum, compoſita: hinc loco *πυρός* dicitur *Fagotriticum*,
vel

vel appellatur *Fegopyrum*, *φρυγὸς* enim arbor glandifera est. B. *Boek-wit*. G. Heydenkorn. Gall. *Blé noir*, ou *sarracin*; *Dragée aux Pourceax*. A. Buck-wheat.

FAGUS, est arbor glandifera, magna, crassa, ramosa, ejus cortex mediocriter crassus, politus, coloris grisei cinerei: lignum est durum, album: folia populi sunt minora, nigra, tenuia, mollia: flos mas, amentaceus, glomeratus, constans staminibus plurimis è calice campaniformi surgentibus: fructus in eadem arbore, à floribus separati nascuntur, callosi, acuminati, quadrifido apice dehiscentes, sceti binis seminibus trigonis, duris, politis, rubicundis, internè habentibus medullam albam, edulem, saporis dulcis cum aliqua adfrictione: hæc arbor crescit in pratis, & locis montanis, & magnam umbram facit. Gr. *φρυγὸς*, ita dicta ἀπὸ τοῦ φάγειν, à comedendo, quod ante inventas fruges (ut fabulantur Poëtæ) homines ejus arboris glandibus solebant victitare: dicitur etiam Græcis ἄβν. ἄβν. ἄβν. ἄβν., à foliorum forma, & forsàn calicis & fructus sapore. B. *Beuken-boom*. G. Buch-baum, buche. Gall. *Hestre*, ou *Fau*, *Fouteau*, *Fayant*. A. Beech.

FALX, est duræ meningis duplicatio, finum *Falciformem* dictum continens, figurâ falcem referens, inferius finui tertio annexam, hinc autem anteriora versùs progressa, cristæ galli implantatur; hujus autem membranæ expansione, sub futuræ coronalis cursu posita cerebrum in dextrum & sinistrum hemisphærium dividitur. B. *De sikkel*. G. Ein sichel. Gall. *La Faux*. A. A Sickle.

FAMES, dicitur *Ordinaria* sive *Sana*, quæ est alimentorum appetitus, quo animal à vellicatione nervi paris vangi, & intercostalis in ventriculo, ab humoris per arterias cœliacas, vel tunicam glandulosam huc delati, vel salivæ continuò deglutitæ acrimonia, tum attritu mutuo laterum ventriculi ad invicem, excitatum, cibum sibi, ut ejus remedium, appetit: vel est præter ordinem vel præter sanitatem, quæ est depravata, ut *Pica*, *Malacia*, *Canina*, *Bovina*, *Abolita* &c. Gr. *Λιμός*, *Πείνη*. B. *Honger*. G. *Hunger*. Gall. *Faim*, *appetit*. A. A *Famine*, *Hunger*.

FAMES CANINA, vide *Cynodes Orexis*.

FARCIMALIS TUNICA, idem quod *Allantoïdes*.

FARCTURA, vel **FARTURA**, dicitur quando animalia exenterata, aut fructus excavati medicamentoſis rebus,

bus, suas vires communicantibus, à pharmacopæis replentur.

FARFARA, est Tuffilago seu Ungula caballina, dicta Gr. Βάριον, sic appellatur, quod ejus folia Populi albæ, seu Farfari foliis similia sint: hinc etiam *Populago* vocatur. Vide *Tuffilago*.

FARFARUS, est Populus alba, an à farre, farinae species? An à Sabinorum flumine *Farfarus* dictus?

FARINA, est Plantarum pulvis molendo contritus, uti Farina lini, althææ, iridis, orobi, hordei &c. quæ usum in Medicina habet. Gr. Ἀλφιτον, Ἀλευρον. B. Meel. G. Mehl. Gall. *Farine*. A. Meal.

FASCIA, *Fascicula* Ciceroni, *Anadesmos* apud *Herotianum*, Τελαμῶν. Παρρησιῶνα *Thucydidi*, Καμπάδιον *Suidæ*, Ἀνάδεσμος, Ἐπίδεσμος, Σπίρις, Ὀδόνιον, Τελαμῶν Σινδονίτης, *Polluci*. Est vinculum longum, & mediocriter latum, ad usus Chirurgicos idoneum: Fasciæ sunt glomeratæ, longæ & æqualiter latæ, in orbem convolutæ: aliæ scissæ, quæ uno quidem constant linteo, sed eo vel extremis vel mediis partibus scisso: aliæ assutæ, quæ ex fasciis & habenis in varia capita desinentibus, constant. Longitudine etiam differunt, quod aliæ sint longiores, aliæ breviores; ita & de latitudine se res habet. B. Fen wintzel. Ligatura si fuerit octodecim capitum, dicitur *de boerwyzze ligatuur*. G. Eine binde, windel. Gall. *Bande, Doloire, le Mouffe, le Renverse, le Rampant, Bandelette*. A. A Swadling-band.

FASCIA LATA & FASCIALIS MUSCULUS, vide *Membranosus Musculus*.

FASCIA LATA, est lumbricus intestinalis latus, ulnarum multarum longitudine, teres & albicans. B. Windel-worm / Swagtel-worm. G. Ein Bindel-wurm.

FASCIATIO, est quædam fasciarum, circa membrum curandum, circumductio & convolutio. B. Fen wendinge. G. Das wickeln, winden. Gall. *Bandage*. A. A Winding or binding up.

FASCICULUS, vide *Manipulus*.

FASELUS, vide *Phaseolus*.

FASTIDIUM CIBI, idem quod *Anorexia*.

FAUCES & FRUMEN, idem quod *Pharynx*. quod vide. B. De racchen / kouwen. G. Speiſz roehre.

F A

FAVUS, vide in *Achor*, Gr. *Κάγια*.

FEBRIFUGUM, Gr. *Αντιπυρετικόν*, Remedium adversus febris insultus. B. *Middelēn tegen de koozts*. G. Artzney gegen das Fieber. Gall. *Remede contre la Fièvre*. A. A Remedy against a Feaver.

FEBRIS, Gr. *Πυρετός*, est sanguinis velocitas aucta; adeoque motus Cordis & Arteriarum frequentior, ita ut inde functiones Naturales lædantur: his enim notis solis, nempe pulsu frequentiori, cognoscitur Febris; verum multa plerumque comitantur symptomata, in variis Febris varia, uti sunt horripilatio, frigus, vomitus, tremor, calor, sudor &c. quæ in eadem Febre vario tempore quoque variant. Variæ licet dentur febrium species, ut Diaria, Intermittentes Quotidianæ, Tertianæ, Quartanæ, & ejusdem sortis Remittentes, Erraticæ, Continua symptomatice, &c. Unica tamen est febris, cujus species prætersæ gradibus ut magis, & minus ab invicem tantum differunt, quatenus in velociori pulsu earum Natura ponitur. B. *De koozts*. G. Das kalte, das fieber. Gall. *La Fièvre*. A. An Ague, a Feaver. G. *Febrem Erraticam* vocant unbeständige fieber. Febris intermittens. B. *Gaande en komende koozts*. G. Kalte-wehe, fieber das da ablæsset und eine zeitlang innehælt. Gall. *Fièvre intermittente*. A. Intermittent Feaver. Febris continua. B. *Gen gedurige koozts*. G. Ein stæt unauff hœrendes Fieber. Gall. *Fièvre continuë*, *Continuelle*. A. Continual Feaver. Febris quotidiana. B. *Dageelike koozts*. G. Das tägliche fieber. Gall. *Fièvre quotidiëne*. Tertian Febris. B. *D'Anderendaagse koozts*. G. Drytägige fieber. Gall. *Fièvre tierce*. Febris Quartana. B. *Derdendaagse koozts*. G. Viertägige fieber. Gall. *Fièvre quarte*. A. A tertian Feaver, or quartan ague. Ephemera. B. *Gen daagse koozts*. G. Das tägliche Fieber. Gall. *Ephemere*, *Fièvre Journaliere*. A. The Ephemere Feaver.

FEBRIS UNGARICA THERIODES, seu LUES PANNONIÆ, vulgò *Cerebri vermis*. Iste morbus à *Schenkio* descriptus. Erat morbus castrensis, circa tertiam vel quartam à meridie horam invadebat, ejusque *ἰνσημασία* cum levi rigore, qui frigus potius vel superficialium horrorem, quam rigorem præ se ferret, observabatur. Post horulæ dodrantem æstus illum exceptit, qui noctes

noctes & dies sequentes affiduè excruciatos detinuit. Conquerebantur de capitis dolore, imò & molestia erat circa eniformem cartilaginem & durities, & si summis digitis illum locum attigisset, præ dolore ejulabant. Ab initio fitis adeò intensa, ut vel urinis non esset extingibilis. Postridie vel ad summum tertio die deliria ingruébant, ita tamen, quod inter delirandum, dum sibimet non constarent, sermones tamen incompósitos quisque de sua arte, quæstu, aut genere vitæ plerùmque haberet. Exacerbationes circa vesperam: per noctem recrudescébat morbus; lingua torrida, labia fissâ, quibusdam sputum sanguinis. Nonnulli diarrhœa laborabant, alii sanguinem coagulatum, alii loturæ carnis instar dejiciebant; quidam colici erant, vel lateralis dolor eos vexabat. Plurimis surditates oboriebantur, parotides frequentes. Erant qui paralyfin passi, tuberculum, sed pessimum, in pedis dorso accipiebant, adeò ut nonnullis crure tenis pedes sint amputati. Vini potatores interiére. Papulæ sive puncturæ publicum morfulis similes omnibus equidem fuerunt, latiores aliis, minores aliis univèrsum corpus quibusdam, majore tamen ex parte regionem thoracis & dorsum circa spinalem medullam occupantes, quamvis frequentes juxta scapulas & in brachiis apparent, coloris saturi plerùmque, nisi in morituris quibusdam in lividum & atrum tendebant. B. ungerse pest. G. Ungersche siechte. Gall. *Fievre pestilentielle d' Hongrie*. A. Pestilence of Hungary.

FECULA & FÆCULA, Gr. $\tau\epsilon\upsilon\lambda\alpha$, Fæcis species est, Feculæ dicuntur esse pulveres in certis vegetabilium expressionibus, subsidentes, ut Fecula Bryoniæ, Aronis &c. Species est amyli. B. *Peerzahsel*. G. Trusen, daß dicke und trube auff den grund. Gall. *La Lie*. A. The Lees.

FEGOPYRUM, idem quod *Fagopyrum*.

FEL, idem quod *Bilis*.

FEMEN, vide *Femur*.

FEMUR, FEMEN, Gr. $\mu\eta\sigma\acute{o}\varsigma$, est superior pars pedis à natibus usque ad genu, à ferendo dicitur, eo quod animal ferat & sustineat, unico osse, sed maximo constat & longissimo totius corporis, cujus pars antica & externa magis gibba, interna & postica magis sima. *Femen* volunt Grammatici interiorem, carnosioremq; pulpam esse; *Femur* verò anteriorem & adverso homini propiciam.

B. *Det dye been*. G. Der schenckel. Gall. *Le Femur, la Cuiffe*. A. The Tigh. *Femen*. B. *Det innerste deel der dye*. G. Das inwendig am obern schenckel. Gall. *Le dedans de la Cuiffe*. A. The inner part of the thigh.

FENESTRA, Gr. *Θυερα*, in concha auris duo habentur Foramina, statim post tympanum occurrentia, unum dicitur *Ovale*, alterum verò *Rotundum*. B. *Ein Fenster*. G. Ein Fenster. Gall. *Fenestre*. A. A Window.

FERMENTATIO, definitur, quòd sit intestinus motus Vegetabilibus corporibus inductus, eadem ita mutans, ut destillationi subiecta primò prodant Spiritum inflammabilem, tenuem, volatilem, acrem, aquæ miscibilem: vel prodant liquorem minùs volatilem, acrem, non inflammabilem, acidum, aquæ pariter miscibilem, acetum dictum: ea fit vel *per se*, quæ suâ sponte concitatur, ut in actionibus spontaneis; vel *arte*, quando rebus fermentandis aliquid additur, ut in pane, aliisque videre est. *Fermentatio* non fit tam subitò uti effervescentiæ, sed lentè, quia acidum & alcali ab aliis oleosis particulis detinetur, idèdque lentè peragitur. B. *Gestinge / Kpzinge*. G. Das Säuern, brausen, vergähren. Gall. *Fermentation*. A. Idem

FERRUM, est metallum, omnium minimè ductile, igne non fixum, nam fumat, scintillas quasi à combustibili materie spargit, pondere assiduo minuitur; diu ante fluxionem ignitum, sonorum, coloris candidi, specificæ gravitatis ad aquam, ut 7852 ad 1000. Solvitur facillimè ab omni sale, rubescens cum iisdem, sales solventes facillimè perdit, in scorias consumitur ferruginosas, facillimè destruitur inter omnia metalla, magnetem trahit. B. *Eiser*. G. *Eisen*. Gall. *Fer*. A. Iron.

FERRUM EQUINUM, est planta parva, quæ habet plures caules exiguos, angulosos, tenues, repentes: folia securidacæ, sed minora, pinnatim digesta, & per extremam oram latescentia, leviterque in circuli formam fissa: flores sunt leguminosi, flavi, ex cujus calice surgit pistillum, quod deindè abit in siliquam compressam, articulis distinctam Innatis, ferrum equinum perforatum referentibus, in qualibet quasi articuli parte hærent semina ejusdem formæ: radix lignosa, exigua, alba, fibris circumcincta: hæc planta crescit in regionibus calidis, præsertim in locis desertis: est Leguminis minoris species, sic dicta, quod creditur,

si equi eam calcent, ungulas ferreas decidere: sed hoc, experiētiā teste, verūm non est, sed alii dictum volunt, quod ejus semen soleam equi ferream referat. B. *Faardg.* p̄zer. Gall. *Fer à Cheval.*

FERULA, est planta cujus caulis septem vel octo pedes altus, crassus, fungosus, medulla repletus, in summitate ramosus, circa autumnum durus & lignosus evadit: folia faniculi, sed latiora, viridia: flos est rosaceus, umbellatus, plurimis scilicet petalis constans in orbem positus & calici insidentibus: is autem abit in fructum ex duobus feminibus compositum peramplis, ovatis, planis & tenuibus, involucrium sæpè deponentibus: dici volunt à Promethei furto: quem Poëtæ fingunt, Minervæ auxilio fretum, ascendisse cœlum, ibique Ferula ad currum solis admota, ignem rursūm in terras derulisse; vel quod ignem Jovi furto abstulerit. Potius *Ferula* à ferendo commodius dici potest, quod scapi illius pedamenta fruticibus & senibus baculi ac scipiones essent; vel à feriendo, quia ejus ope puerorum in scholis manus feriuntur. Hinc Martialis hanc vocat sceptrum Pædagogorum, hinc dicit

Invisæ nimum pueris, grateque Magistris,

Clara, Prometheo munere, ligna sumus.

& alibi

Ferulaque tristes sceptrâ pædagogorum cessent.

Gall. *Ferule.* Herba est ex quo *Sagapenum* colligitur. Sed *Ferulæ* ad artem quoque chirurgicam pertinent, suntque assulæ leves, quæ ad locorum ingenium materiam nactæ fuerunt diversam, ex arborum nimirum corticibus, vel cortice herbæ *Ferulæ*, undè nomen acceperunt, conficiuntur. Item ex ligno abietino, capsulis, papyro conglutinata vel corio, quæ ossibus solutis & luxatis, postquam restituta fuerunt, adaptari solent. Gr. *Νάρθηξ.* B. *Spalt-hen.* G. Die beim schienen. Gall. *Carton, Atelle, Tablette de bois legere.* A. Tablet of light wood.

FERULAGO, idem quod *Ferula*.

FESTUCA, Gr. *ἄνισος*, frumenti species, an quia festinanter proveniat?

FIBRA AURIS, idem quod *Lobus auris*.

FIBRÆ, id est Filamenta sive Villi in Vegetabilibus. 1. Sunt veluti stamina rebus nonnullis intertexta, v. g. arboribus, foliis &c. 2. Sunt capillamenta extrinsecus ad-

nascencia, ex gr. radicibus &c. hinc fibrosa vocatur radix, quæ in minimas fibrillas seu filamenta capillo tenuiora divisa, evoluta humano testiculo non abfimilis est: hæc maximè vulgaris & simplicissima, undique sese explicat, & nutrimentum haurit, quamquam pori ob fibrarum tenuitatem sensus nostros hætenus fugiant. B. *Bezelen / Waartjes / Waadjes*. C. Harlein, Zæferlein. Gall. *Filets, Cheveux, Fibres*. A. Small sproutslikehairs.

FIBRÆ, dicuntur in corpore animali partes solidæ, tenuissimæ, oblongæ, non cavæ, simplicissimæ, ex particulis elementaribus fluidorum per vasâ circumstantium sibi mutuo vi Vitali appositis compositæ; ex quarum applicatione ad invicem, vel intertextu miro inter se, fiunt membranæ tenuissimæ, solidæ, simplicissimæ, quæ convolutione formant vas minimum simplicissimum cavum. Dicuntur à situ Rectæ, vel Obliquæ, vel Circulares. Gr. *ἰνὸς, Δοδὸς*. B. *Bezelen*. C. Fæferlein. Gall. *Fibres filaments*. A. Sprouts, filets.

FIBRILLÆ, idem quod *Fibræ*.

FIBULA, Gr. *ἄλκτῆρ*. Fit & fibularum apud Antiquos mentio. Si enim in carne, ut *Celsus* scribit, vulnus est, hiatque, neque in unum facillè oræ attrahuntur, futura quidem aliena est, imponendæ verò fibulæ sunt, *ἄλκτῆρ* Græci nominant, quæ oras paulùm tantùm contrahant, quo minùs lata postea cicatrix fiat. Et cum notissimus fuerit modus uniendi vulneris oras per fibulas, factum est, ut fibularum nec materia nec forma satis ab Antiquis descripta sit. *Guide* factas fuisse fibulas scribit è ferreis quati circulis aut semicirculis ab utraque parte recurvis, quorum hami labris vulneris utrinque infixi sibi ad amussim respondebant, verùm cum hoc modo infigere & infixos tenere ejusmodi hamos in carne sentiente & cute nihil aliud fuisset, quàm tot aculeos pungentes cum intolerabili dolore ibi servare, non est credibile Antiquos per fibulas tale instrumentum ferreum cuti infixum summos dolores excitans intelligere. Probabilior est *G. Fallopii* opinio, quæ docet esse futuram actualem cum acu, quæ hodiè est frequentissima, quâ ambo labia vulneris acu filum duplicatum trahente trajiciuntur, & super vulnus tribus involutionibus ambo fili capiti colliguntur, & in nodum nectuntur. *Sequentia* scribit *Sanctorius*: de fibulis non est quod mul-

multa dicamus, cum earum usus ferme extinctus sit, & licet hæc ab Antiquis non describantur, non ob id tamen quomodo his uti possimus, tradere non desunt, ut falso *Argenterius* arbitratur. Erat enim nota non tantum apud Medicos earum forma, sed & apud quosdam Veteres, quandoquidem in vulneribus fibulæ ex acia molli non nimis torta, ut & suturæ conficiebantur, ut *Corn. Celsus* conscripsit. Siquidem Chirugi illi ab uno latere vulneris semicirculum quandam ex acia, quem vulgò *Asola*, hi verò fibulam nuncupabant; deinde utrumque acia alligabant, tum ut labia illa attracta ob vulneris latitudinem magnitudinemque fortius alligarentur, tum ut sanies liberius percolari posset. Quibusdam *Acia*, *Vinculum*, *Ligatura*, *Colligatio*, *Obligatio*, *Ligamentum*, *Δσινός* &c. vocatur, qui plura desiderat, adeat incomparabilem *J. Rhodum*, de *Acia* disertantem. B. *Geſp.* G. Eine spange, haſt hæſtlein. Gall. *Boucle*, *Agraffe*. A. A Buckle vel Clafpe.

FIBULA, five os tibiæ minus, *Celfo Sura*: *Hippocratis* & *Galen* temporibus usque ad *J. Pollucis* ætatem *πυγὴν* nominabatur, à similitudine ferramentorum, quibus trabes in ædificiis combinantur; etiam *Hippocrati* aliquoties brachii radius. Fibula in modum tibiæ musculos conjungere videtur; est os posterius inter femur & tarsum, tibia tenuius, eique extrinsecus attenſum, ut radius cubito. Parte superiore caput rotundum genu non attingit, sed infra subsistit: At parte inferiore, infra tibiam pergit, ideoque æquè longum os est atque tibia: in medio ab invicem dehiscent tibia & fibula, ob musculos pedis ibi locatos, quo intervallo ligamentum tenuè & latum, secundum longitudinem hæc ossa jungit. Committitur etiam tibiæ ligamento communi superius & inferius. Inferius caput in acutum tendens, appendicem habet, quæ crasset, cens, gignit processum, dictum *Malleolum externum*, protuberantem illum locum externum, excarnem ad pedem, interno humiliorem. B. *Het Kuitbeen*. G. *Wadebein*, die röhre im untern schenkel. Gall. *Le Peroné*. A. The lesser and outer bone of the leg.

FICUS, Est arbor mediocris altitudinis, cujus caulis non rectus: cortex est politus, licet aliquantulum asper, coloris cinerei: lignum fungosum, intus medullosum, al-

bum : folia sunt magna, ampla, crassa, quinquifida, vitis similia, sed majora : flosculi hermaphroditi, monopetali; longi, tubulorum formâ, oriuntur cum ovariis, quæ sunt capsulæ testaceæ natæ in utriculis pulposis, positis intra tracheas : fructus pyriformis, figuræ rotundæ ac depressæ, coloris ex flavo fuscî : intus copiosissimis granulis per pulpam infarctus, saporis dulcis, odoris debilis, non ingrati, fructus non maturus dicitur grossulus, ubi crassior, sed nondum tamen maturus dicitur grossus seu grossa, & ficus demum, ubi maturuit, liccatus, carica seu ficus passâ : Gr. *Σύκη* & *Σύκη*, hinc mutato *σ* in *ϕ*, facile Ficus resultare videtur, fructus est satis notus; verum à similitudine dicuntur quoque excrescentiæ circa anum aliasque partes, similitudinem ficuum habentes. Si thymi multum excrescant, ficus seu fycoses appellantur. Nominantur & *Mariscæ*, *Sycosis* & *Sycoma*. B. *Hgg-wertn*. G. *Feigen*, *wartzen*. Gall. *Figue*. A. A Fig.

FIGENTIA, sunt, quæ volatilia domant, & acida concentrant. Vide *Fixatio*. B. *Fast-makende dingem*.

FILAGO, Est planta mollia lanuginosa, habens folia parva, oblonga, incana, mollia : flores sunt flosculosi, plurimis scilicet flosculis constantes, stellæ adinstar divisis, embryoni infidentibus; & calice squammoso, hæmiphærico, non lucido neque insigni quodam colore præditum; Embryo autem deinde abit in semen pappi instructum : est Gnaphalii species, sic dicta fortè, quod ejus folia filis lanuginosis sint obducta. B. *Koer-kruid*. G. *Rhurkraut*. Gall. *Herbe à coton*. A. Cotton-weede.

FILICULA, est Trichomanes, vel adiantum; hujus plantæ variæ sunt species, dim. à *Filix*. Vide quoque *Polypodium*.

FILIPENDULA, folia habet pimpinellæ saxifragæ, sed angustiora, profundius incisa, plura ad unam costam quasi per paria conjugata, coloris viridis, obscuri, splendens : ex his assurgunt plures caules pedem circiter alti, duri, striati, rotundi, rubicundi, versus superiora in alas divisi, in summitate habentes flores rosaceos, plurimis scilicet petalis in orbem positis constantes, ex quorum calice monophyllo, & multicuspido surgit piltillum, quod deinde abit in fructum ferè globosum, cujus semina in capitulum dolii æmulum colliguntur : radices glandulosa,

ſæ, olivares aut longiores, minusque ventricofæ, Aſphodeli more, foris ex rubro nigricantes, intus albentes, acrimoniam quandam cum adſtrictione, dulcedine, & levi amaritudine ſapientes: dicitur à numerofis & rotundis in radice glandibus, quæ velut ex filo quodam pendere videntur. Gr. *Oenanthe. Noode ſteen-breke / wilde gerwe.* G. Rother ſtein-brech, wilde garbe. Gall. *Filipendule.* A. Drop-wort.

FILIUS ANTE PATREM, dicitur de ſpecie quadam *Lysimachii*, cujus vaginulæ ſeminales ante flores conſpiciuntur, item de *Colchico*, *Croco*, *Pulſatilla*, cæteriſque plantis, cujus flores ante folia prodeunt.

FILIX, Eſt planta, cujus variæ ſunt ſpecies, imprimis mas & fæmina; *Filix mas* habet folia, ex radice erumpentia, magna, ampla, aſpera, dura, friabilia, viridia, odoris fortis, & grati, longa, in alas extenſa, habentia multa alia foliola, vel in margine incifa; nullos habent flores apparentes, ſed in dorſo habent pulviſculum fuſcum, & rubicundum, qui pulviſculus ſunt femina plantæ juxta ſententiam *Cæſalpini*, qui obſervavit, quòd ubi ejus folia in terram fuerunt delapſa, poſtea ſimilis planta creverit: verùm *Tournefortius* de utriuſque filicis ſemine curioſè annotavit; ſcilicet quod filicis maris vulgaris fructus foliis innafcuntur bino plerùmque ordine, pinnulis aſſixi clavi ope, alterâ parte reſuſi; detractâ vel corrugatâ membranâ quâdam convexâ, quæ ferri equini formam habet, ſeſe objicit oculis numeroſa congeries veſicularum ſermè ovatarum annulo elaticâ vi donato munitarum, cujus contractione rumpuntur illæ, ſeminaque fundunt minutiffima. Filicis fæminæ verò & aliarum ſpecierum fructus ſeu veſiculæ ovatæ occurrunt in ſinibus quibuſdam, namque autumnno pinnularum margo plerùmque producit, incurvatur & complicatur: radix Filicis maris eſt carnoſa, craſſa, fibroſa & nigra: Hæc planta nullum caulem habet: creſcit ubique in ſylvis, & neglectis incultifque locis. Eſt herba aliiformis, creditur ex Græco derivari, quando *πτελις*, mutatur in *Pilix*, & ſic in *Filix*, ſed alii à *πτερις* ala conantur originem demonſtrare. B. *Daren.* G. *Fahren-kraut.* Gall. *Fougère.* A. *Ferne.*

FILTRATIO, Chymica vox eſt, & ſpecies dicitur *Deſtillationis per deſcenſum*, quia guttæ cadendo decidunt.

dunt. Modus quo filtratio fit, est triplex. *Primus* est per pannum expansum, ut fit in syrupis clarificandis. *Alter* per *Manicam Hippocratis*, hoc est per saccum, superius latum, sed in conii punctum inferius terminans, pro vinis aromaticis colandis, ut in festis nuptialibus, & variis Medicationibus pro delicatulis usui venit. *Tertius*, & Chymicis magis familiaris, est colatio per chartam emporeticam, hoc est, si papyrus fuerit quadratæ figuræ, duplicatur, & illa Duplicatura reduplicatur, ad angulos rectos, hoc est tota papyrus sive charta quadruplicatur, post hæc iterum explicatur, instar euculli Monachorum vel infundibuli & imponitur infundibulo, seu tritorio, deinde liquor clarificandus infunditur, & clarus guttatim decedit, relictis in filtro facibus. B. *Filtreringe*. G. *Filtrirung*. Gall. & A. *Filtration*.

FILTRUM, est pannus laneus, vel charta bibula, per quam liquores percolantur ad clarificandum, ut fit per *manicam Hippocratis*. B. *Filtree-tuig* / *doozyg-tuig* / *leht-tuig*. G. *Ein filtz*. Gall. *Tamis*. A. A *Strainer*.

FIMBRIÆ, sunt vestium extremitates, à quibus & fimbriata folia dicuntur, quæ in ambitu in quosdam fimbrias exeunt: Sunt & pendulæ extremitates tubarum uteri.

FISSURA, Gr. *ῥαγίς*, est ossis quædam solutio continui, præsertim secundum longitudinem; quamvis & mollibus partibus quoque attribuitur, ut in fissuris labiorum, digitorum, manuum &c. B. *En spleet*. G. *Ein spalt*. Gall. *Fente*. A. A *Cleft*.

FISTACIUM, idem quod *Pistacium*.

FISTULA, Gr. *σφίγξ*, sumitur pro Canna oblonga & cavata, ideòque haberi potest pro siphunculo, quo liquor aliquis intestinis, auri, utero, vulneri &c. immittitur. Sic *Urethra*, fistula urinaria est. *Trachea*, fistula respiratoria. Item sinus est angustus & longus, seu ulcus sinuosum, angustum, callosum & curatu difficillimum, quod plerumque ex abscessu ortum habet. *Fistulæ* à sinuoso ulcere, in eo differunt, quòd fistulæ callosæ & duræ sint, non item ulcus. Aliquando *Fistula* pro *Fontanella* sumitur, de qua suo loco. B. *En pyp* / *spent* / *fistel* / *etter-hol*. G. *Fisteln*, *rehrwunden*, *flusz-loch*, *rehr-oder hohl gefchwäre*. Gall. *Une fistule*. A. *Pippe*.

FISTULA LACHRYMALIS, est morbus, cuius vitio lym-

lympha lacrymosa non per carunculam in nasum determinatur, sed per palpebras in genas cadit, qui fieri potest ex variis causis; inprimis verò ex vitio palpebrarum, carunculæ lachrymalis, punctorum lachrymalium, vel sacci lachrymalis, quæ partes variè affici possunt. B. **Craanfistel / oog-fistel.** G. Fistel der augen-winckel, augen-fistel. Gall. *Fistule Lacrymale.* A. Fistle of the eye.

FISTULA PULMONIS, idem quod *Aspera Arteria.*

FISTULA SACRA, est spinæ pars forata, quam Gr. *ἰσθμὸς σφενδα* vocant.

FISTULA URINARIA, idem quod *Urethra.*

FISTULARIA, est Cristæ galli species, sic dicta, quia ejus caules cavi sunt, & successu temporis in fistulas seu calamos mutantur. Vide *Pedicularis.* Gr. *Ἀλευρωρόλοφος.* B. **Watelen / hanehammekens.** G. Rœdel, lauzkraut. Gall. *Pediculaire des Prez.* A. Pipe Weed, the cock comb.

FIXA, sunt, quæ vel magna ignis tortura non exaltantur, vel elevantur, ut *Salia Fixa.* B. **Waste dungen.**

FIXATIO, est materiæ fugacis quædam, ne avolet, retinentia. Gr. *Πήξις,* & *Πηξιαίσις.* B. **Wastmakunge.** G. Figierung. Gall. & A. Fixation.

FLAGELLÆ, dicuntur cymæ arborum & ipsarum summæ partes, quæ ad cujuscunque venti flatum moventur: undè etiam nomen traxerunt ab eo quod flatibus petantur. *Flagella* etiam sunt vitium rami oblongiores & productiores, aliis tamen minores, ab ipsis brachiis fursùm ascendentes: dicta *flabella* priùs, à venti flatu scilicet.

FLAMMA & FLAMMULA, fictitium quid est; putaverunt quidam cordi inesse flammam quandam, sed illud esse falsum, inspiciant qui corda perscrutantur, ad me quod attinet, nec in hominibus, nec in brutis vivis unquam vidi vel minimam scintillæ flammam, Gr. *Βιολόχης* dicitur, ac si esset vitæ lampas. Sed si benè velimus Philosophari, in eo vita consistit, ut circulatio sanguinis celerrimè circumvehatur. B. **En blam.** G. Ein flamm. Gall. *Flamme.* A. Flame.

FLAMMULA, est Clematis species, dicta ob flammeum & igneum saporem, & vim erodendi cutim. Item *Ranunculus* est. Vide *Batrachium.*

FLATUS, sunt explosiones materiæ aëreæ agitatae calore, vel fermentatione aut effervescentiâ assumptorum,

quæ dum ex una parte Ventriculi aut Intestinorum in aliam propellitur, excitat *Bombos* & *Borborygmus*. B. *Wind*. Den. Wind im leibe, blähungen. Gall. *Des Vents*. A. A blowing wind.

FLORES CHYMICI, subtiliores corporis partes sunt per sublimationem à partibus crassioribus sub forma sicca separatae. B. *Blom*. G. Blumen. Gall. *Fleurs*. A. Chymick Flowers.

FLOS FEBRUARII, est *Leucoion Album*, sive Hexaphyllon album bulbosum. Sic vocatur, quod Februarii mense, & die Divo Valentino sacro, ubi cœlum clementius fuerit, apparet. In Aprili, ubi appropinquare cœperit Majus, evanescit.

FLOS FRUMENTORUM, vide *Cyanus*.

FLUOR ALBUS, sive FLUOR UTERINUS, est præternaturalis humoris pituitosi & albi, vel varii coloris & odoris per muliebria excretio, orta à nimia vasorum uterinorum laxitate & debilitate, nubiles, maritatas, vetulas, steriles, gravidas, vario tempore invadens. Gr. *εἰς γυναικῶν*. B. *Witte bloemen* / *witte bloed*. G. *Weisse flusz*. Gall. *Fleurs blanches*. A. The white fluxe.

FLUOR MULIEBRIS, vide *Fluor Albus*.

FLUOR UTERINUS, vide *Fluor Albus*.

FLUXIO, idem quod *Catarrhus*.

FLUXUS ALVINUS, idem quod *Diarrhœa*.

FLUXUS CHYLOSUS, idem quod *Celiaca passio*.

FLUXUS HEPATICUS, est Dysenteriae species, cum excreta sint instar loturæ carniū, copiosius plerumque est & nocturnus, sed absque dolore, valde tamen vires demoliens, sæpè post Dysenteriam contingit: Sic vocatur quia interdum sanguis coagulatus, splendens & niger, ac si essent hepatis frusta, adest. B. *Lever-bloed* / *Leverstroom*. G. *Leber fließung*. Gall. *Flux hepaticque*. A. The fluxe of the liver.

FOCILE MAJUS, est ulna cubiti; vel tibia pedis. *Focile minus*, est cubiti radius, vel pedis fibula. B. *Groote en kleine elle ppp*.

FOCUS, Gr. *ἑστία* dicitur esse locus in mesenterio, unde & febrium originem olim deducebant. B. *Feu nest*. G. Eine feuerstett, der heerd. Gall. *Le Foyer*. A. An Hearth

FODINA, est quidem *Fovea* seu *Cuniculus*, sed & mina

mina quædam hujus vel illius mineræ. Item minor labyrinthus in aurium ossè.

FOEMINA, Modiolus est, vide *Modiolus*.

FOENICULUM, est planta officinalis, quæ habet caulem quinque vel sex pedes altum, rectum, cannulatum, coloris viridis fusci, medulla fungosa repletum, ramosum: odoris grati; folia in laciniâ capillaceas divisa, coloris viridis obscuri, odoris grati, saporis dulcis aromatici: flos est rosaceus, umbellatus, plurimis scilicet petalis in orbem positis constans, & calici infidentibus, qui ab ita fructum ex duobus seminibus compositum oblongis, crassiusculis, hinc gibbis & striatis, inde verò planis: datur & altera species, quæ est fœniculum dulce, majore & albo semine; radix oblonga, recta, digitum crassa, pallida, saporis subdulcis, & aromatici: Gr. *Μάραθρον*, sic appellari putant, quòd quasi fœnum in hyemes arefactum ac marcidum reponatur. Alii tamen dictum putant, quòd factum magno cum fœnore semen reddat. Marathron à marcescendo, quod ad condienda plurima, cum inaruerit commendatissimum sit, à *μαίρω* splendo, quia oculorum splendorem & claritatem conservat, aut à *μαρμαίρω*, marcere, quia facile marcet. B. *Denkel*. G. *Fenchel*. Gall. *Fenouil de doux*, *Fenouil de Florence*. A. *Fennell*.

FOENUM, est gramen arefactum, sic dictum, à fœnore, cum sine cura fœnus præbeat, in pabulum refectum. Vel à fœtu, quod herbæ eædem manentes, quotannis novas pariant. Gr. *ζίζυρον*. B. *Hoop*. G. *Hew*, *Heu*. Gall. *Foin*. A. *Haye*, *Hay*.

FOENUM GRÆCUM, & FOENIGRÆCUM, est Trifolii inter & leguminis minoris species habet caulem unicum, dimidium pedem altum, tenuem, excavatum, in ramos divitum: folia terna in uno pedunculo instar trifolii gerentem, parva, aliquando oblonga, interdum magis ampla quàm longa, aut semitrotunda, dentata: flores ex foliorum alis erumpunt, leguminosi, exigui, albi: stori succedit filiqua plana, longa, acuta, corniformis, facta plerumque seminibus rhomboidiformibus, ab angulo uno ad alterum linea cava notatis, flavis, saporis mucilaginosi, odoris & saporis ingrati: radix simplex, lignosa. Undè ita appellatur invenire nequeo: fortè quod in Græcia inter fœnum plurimum reperiat, Gr. *Τύλλισ*, *Κεραίτις*,

Αγόςκερ ☉, *Βόκερ* ☉ : atque sic dicitur à cornuum figura siliquarum, vocatur *Ægoceros* à caprini cornu similitudine, quemadmodum à Bubuli *Buceros*. Nonnullis *Siliqua*; aliis *Silicia*; quibusdam *Silicula* appellatur. B. *Грихъ* ☉. G. Bocks-horn. Gall. *Fenugrec*. A. Fene-Greek.

FŒTOR ORIS, est putredo circa dentes & gingivas: aliquando oritur ex pulmonibus & sanguine phthifico, vel scorbutico, aliquando ex stomacho. Fœtor verò in genere oritur ab humoribus stagnantibus, effusis, corruptis, vel venenatis; ut & ab omni causa, quæ sales & olea nimium attenuat, & volatilia reddit, ut est inedia, calor, motus nimius, acrimonia nimia assumpti. B. *Stinkende adem / stank*. G. Stinckender athem. Gall. *Halaine puante, puanteur*. A. A stinking breath.

FŒTUS, Gr. *κόμα*, est conceptus, quando foemina concepit, ab initio dicitur *Embryon*, postea cum formam adeptus fuerit, propriè fetus dici potest. B. *De vrugt*. G. Die frucht. Gall. *Le Fœtus*. A. The young.

FOLIACEUM ORNAMENTUM, est simbria in extremitate tubæ Fallopianæ, quâ ovum ex ovario muliebri, quasi tot digitis excipitur, & per tubam in uterum deferitur. B. *Het loof-werk*. G. Blat-zierd. Gall. *la Frange membraneuse, ou le Pavillon de la Trompe de Fallope*. A. Garnishing of the leafs.

FOLIUM INDICUM, idem quod *Malabatum*.

FOLLICULUS, est theca rei cujusslibet tenuis, quæ granum vel semen continet involutum, sic membranosa cutis, *Acini Folliculus* dicitur.

FOLLICULUS FELLIS, est vesicula, quæ hepatis concavo annectitur, in qua bilis colligitur, quæ suo tempore per ductum choledochum, in intestinum duodenum exantlatur. Gr. *κύστις χοληδόχου* ☉. vid. *Vesica fellis*. B. *De Gal-blaas*. G. Die Gall-blase. *Vesie du fiel*. A. The gall bladder.

FOMENTUM CELSO, Fomentatio *Ulp.* Fetus *Plin.* est Medicati externi genus, quod corpori admotum ipsum fovet & calefacit. *Θισμασμα*, estque duplex, & aridum & humidum, illud *Πυρία, Πυρίασις Diosc.* & *Πορισμα*: hoc *Κατάπληγμα Diosc.* & *Κατάπλησις* dicitur, quod effuso humore adhibetur: Estque vapor, liquor aut decoctum variis partibus, beneficio lintei, filtri, spongiæ, vel vesicæ,

ficcæ, fovendi causâ applicandum. **B. Stobinge / ver-
warminge.** G. Erwärmung, ein warmes tuch, damit
man dem leibe wärme zufuegt. Gall. *Fomentation* A. A
Cherishing or keeping warme.

FONTANELLA, seu **FONTICULUS**, dicitur in for-
tibus & recens natis, intra frontis os & duo sincipitis,
apertura quadrangularis. **B. De Fontanel des Hoofds.**
G. Flusz loch des hauptsz. Gall. *Fontanelle*. Item ulcuscu-
lum arte Chirurgicâ, in sanis corporis partibus excita-
tum, ut per id humores superflui & corrupti evacuentur,
morbi curentur, vel etiam anticipentur: Pontanellæ ex-
citantur cauterio actuali vel potenciali, lanceolâ & forcipe:
in Fonticulis excitandis notandum est, semper locum
inter duos musculos eligendum esse. **B. Fontanelen /
Ettedzagen.** G. Fontanelle, Etterhohl. Gall. *Une Fi-
stule*. A. An Issue.

FONTALIS, idem quod *Potamogeton*.

FONTICULI, idem quod *Fontanella*.

FORAMEN OVALE, dicitur apertura magna, media
inter cordis sinum venosum dextrum sinistrumque, quo-
rum paries intergerinus hoc foramine perforatus est: quo
fit, ut sanguis ex sinu & aure dextra exire hoc foramine
possit in sinum sinistrum, eique additam auriculam: è si-
nistro autem sinu aureque in dextrum sinum & aurem fa-
cile penetrare nequit, impediende membranâ quâdam,
valvulæ officium præbente. Membrana hæc ex majore
parte ambitus foraminis è parte sinûs sinistri orta, totique
præterita foramini in duo quasi cornua abit, quæ ultra
anteriorē foraminis partem procurrunt aliquantulum si-
militer à parte sinûs sinistri, evanescentque in eandem
partem parietis intergerini sinuum. Itaque tali hoc fora-
men obductum est membrana, ut per se nunquam valde
pateat; si verò sanguis sinûs sinistri urgeat parietem inter-
gerinum sinuum, urgeat etiam membranam, explicet,
tendat, obtendatque foramini exquisitè, ut nihil elabi pos-
sit: si contra urgeat sanguis sinûs dextri, pellat membra-
nam aliquantum in sinum sinistrum, ac sic viam sibi ob-
liquam aperiat inter cornua ejus anterioremque foraminis
partem, totum enim foramen aperiri nequit, quoniam è
maxima parte ambitus ejus valvula nascitur. Valvula te-
nuis est, ut explicari facile possit, repellique à sanguine
sinûs

finus dextri : densa simul est , & quasi tendinea , ut fat haberet roboris. Foramen ovale quod etiam fenestra ovalis vocatur est apertura à figura ovalis dicta , in parte posteriori & superna conchæ internæ è regione membranæ tympani posita , habens situm stapedi parallelum , & configurationem ipsius basi respondentem , foramen illud itapes replet suâ basi , & membranulæ tenuissimæ tenerrimæ illud occludenti accrescit , servatâ interim mobilitate requisitâ. Foramen rotundum quod & fenestra rotunda dicitur , est altera appertura , quæ in tympani supernis partibus reperitur , scilicet in tympani cavitatis parte posteriori , è regione tympani membranæ sita , paulò inferior quàm fenestra ovalis , versûsque occiput , priori minor & declivior , figuram incertam , nunc ovalem , nunc circula rem habens , rotunda tamen vulgò dicta , sic sita in foco quasi elliptici hujus spatii centro membranæ tympani opposito , patet in scalam inferiorem cochleæ , clauditur membranula tenui , pellucida , tenera , tensa , elastica , tremula , infixa striæ excavatæ in medio meatu : cùm verò nullo prædita sit musculo hæc membrana , variis gradibus tendi , adeoque variis diversis tremoribus distinctissimè recipiendis aptari , hinc cum variis divertis sonis harmonicè contremiscere , ut facit quidem membrana fenestræ ovalis , non potest : hujus ergò tremores non erunt adeò accurati & distinctè , ac sunt illi , qui ope membranæ tympani & ossiculorum membranæ fenestræ ovalis imprimuntur ; adeoque sonorum diversitas ope membranæ fenestræ rotundæ distinctè exhiberi non potest , sed illa tantùm confusum strepitum , aut simplicem bombum efficiere videtur. Hinc fortè læso vel obstructo meatu auditorio , læsa vel rupta tympani membrana , destructis ossiculis auditus &c. ope tubæ Eustachianæ , & membranæ foraminis rotundi , simplex adhuc bombi perceptio fieri potest. B. *Het ronde gat en het epywze gat in het tympanum.* Gall. *La Fenêtre Ovale, la Fenêtre Ronde.*

FORCEPS , est instrumentum , quo partes demortuæ & corruptæ , item res quæ corpori inesse non debeant , apprehenduntur , abscinduntur , vel evelluntur. Forcipes sunt , figura varia , ut longæ , curvæ , dentatæ , rostratæ , femilunares , speculum oris , matris &c. quæ pro diversa figura diversum usum obtinent. Varia nomina Belgica for-
tium.

tiuntur, ut B. **Trekstangen / pellicaanen / kraanbekken / korentangen / rabensbekken / papegaysbekken / mond en noeders spiegel** / etc. G. Eine zange. Gall. *Pincettes Pellican &c.* A. A Pair of Nippers.

FORCEPS DECEPTORIA, est instrumentum incisorium, cujus acuta pars dum latet, ægroti, qui incisionem non admittunt, Chirurgicâ manu decipiuntur. B. **Bedrieg-tang.**

FORFEX, est instrumentum evellendis dentibus aptum vocatur item *Odontagra*, sive *Dentagra*. ὀδονταγορά. Erasist. *Dentiducum*, *Dentarpagaga* Varoni. B. **En tandt-rekker.** G. Ein zahn-brecher zange, pelican. Gall. *Davier Pellican*. A. Sheares. Item est bifidum secans chalybeum Instrumentum. B. **En schaar.** Gall. *Des Ciseaux.*

FORMICA, non tantum infectum est, sed & verrucæ species, Gr. *Μορμυρία*, id est *verruca formicaria*, tumens & callosa, colore nigricans, basi latâ & cute sessili, in excitatione dolores adferens, moriunculis formicæ simillimos, undè & ei nomen. *Wierus* testatur esse morbum ab Hispanis nobis communicatum, venenatum, malignum ac contumacem serpiginem; sumit initium à venendis, progrediturque ab iis per univèrsum corpus cum doloribus & intolerabili pruritu, tætonicè. G. Das zitter mahl, flechten. B. **Kruipende mier.** G. Ein Omeiß. Gall. *Fourmi.* A. A ant, emmete, pismire.

FORMICANS PULSUS, est pulsus inæqualis, motui formicarum similis, vel potius vermiculans imminutus adèdque minorem vim cordis, & quantitatem sanguinis indicat. B. **En mier gelyke pols.** G. Ein schwacher puls.

FORMICATIO, vide in *Formica*.

FORMIX, idem quod *Ephriomenos Herpes*, vel *Noli me tangere* aut *Lupus*.

FORMULA, Gr. *Γραμματίον*, est præscriptum, quod à Medicis præscribitur, quædam paranda medicamenta indicans Pharmacopæis in ægrorum emolumentum. Vulg. *Receptum*. B. **En recept / Doctoor's ordinantie.** G. Ein recept. Gall. *Formule.* A. A form or receipt.

FORNAX, Gr. *Καμίνος*, dicitur & *Furnus*. Vide *Furnus*.

FORNIX, est substantia cerebri callosa, nomen sortita, quod ædificia testitudinis instar, ita & sinus ventriculorum,

tum, ac molem deorsum inclinantis cerebri sustinere videtur. Subnixa est cruribus tribus, quorum duo posterius, versus cerebri basin deorsum porriguntur, & spinalis medullæ radicem, juxta latera complexa, singulari subiecta prominentia, recurvoque velut vallo, sinum inferiorem ventriculorum anteriorum utrinque designant. Gr. Καμάριον Παλλιδουαδης Galeno. B. *Het weiffel*. G. *Ein gewelb*. Gall. *Voute à trois piliers*. A. The Vault of the brain.

FOSSA MAGNA, est pudendi muliebris interior cavitas, sive *Rima magna*, quæ & ob figuram *Navicularis* dici potest. B. *d'Opening der Drouwelphheid*. Gall. *Le Sinus*.

FOTUS, idem quod *Fomentum*.

FOVEA, idem quod *Fossa magna*.

FOVEA CORDIS, idem quod *Anticardium*.

FRACTURA OSSIS, est continui in duris corporis partibus solutio, quæ ab externo, & duro instrumento, vi partem frangens, efficitur, cujus differentia à forma, parte, & accidentibus desumuntur. Gr. Κλάσις, Κλάσμα, Κάταγμα. B. *Een been-bruch*. G. *Ein bein-bruch*. Gall. *Fracture d'os*. A. A. Breaking or rupture of a bone.

FRÆNULUM, est ligamentum membranaceum sub linguæ anteriori parte: hoc in recens natis quandoque totam linguam inferius occupat, eamque minus mobilem pro peragendis suis officiis reddit, unde divelli Chirurgi scalpello solent. B. *De span-ader / tong-riem*. G. *Die zung-riem*. Gall. *Le Filet, Nêrfsous la langue*. A. A the bridle of the tongue.

FRÆNULUM, seu FRÆNUM PENIS, est membrana, quâ præputium glandi alligatur, Gr. Καυδοτομος. Alii *Cannem* vocant. B. *De band*. G. *Die riem*. Gall. *Le Filet, le Nerf le Frain*. A. The ligament, vel bridle of the fore skin.

FRAGARIA, Est planta, quæ habet radices fibrosas, oblongas, coloris fusci aut nigricantis, repentes, ex quibus emergunt flagella per terram repentia, undè novæ radices & plantæ nascuntur, & caules tenues, longi, villosi, habentes folia terna ad centrum conjuncta, rugosa, nervosa, summo pediculo insidentia: flores sunt rosacei, plurimis petalis in orbem positis constantes, ex quorum calice multifido surgit pistillum, quod deinde abit in fructum ferè globosum vel ovato acuminatum, cujus placen-

tæ modo carnosæ , modo siccæ adhærescunt multa femina; odoris admodum fragrantis est, & saporis subdulcis, vinosi: Hæc planta crescit inprimis in montibus, & locis umbrosis & sylvis. A fragro, seu odorem gratum emitto, quem fraga emittunt. Gr. κόραμος five fragariæ fructus. B. *Wardbezien-kruud*. G. Erdbeer-kraut. Gall. *Fraisier*. A. Straw berry bush.

FRANGULA, seu *Alnus nigra*, est arbuscula, quæ plures habet caules novem vel decem pedes altos, pollicem crassos, rectos, in plures ramos divisos: ejus cortex externè niger, internè flavus & croceus: lignum album, & fragile, medullam rufescentem continens: folia Alni vel cerasi, sed rotundiora, & magis nigra: flos est rosaceus, plurimis scilicet petalis inter divisuras calicis monophylli positus, constans: è calicis autem fundo surgit pistillum, quod deinde abit in fructum seu baccam mollem duobus plerumque seminibus factam planis & subrotundis: sic appellatur, quòd ejus ramuli facilè frangantur; dicitur etiam arbor fætida, à fætido tum colore, tum odore, tum sapore. Gall. *Aulne noire*, *Bourgene*.

FRAXINELLA, Est planta, quæ habet caules, duos circiter pedes altos, rotundos, villosos, rubicundos, medulla repletos: folia Fraxini sunt, pinnata, sed minora: flores polypetali, anomali, horum petala ita disponuntur, ut flos quasi bilabiatus appareat, post florem apparent plurimæ vaginulæ, elasticæ, quæ cum impetu ejiciunt femina plana, magna, nigra, acuta, & splendentia: radix longa, alba, digiti minimi crassitie, odoris penetrantis, saporis amari: hæc planta crescit in regionibus calidis: dicitur Fraxinella à similitudine foliorum, quam cum fraxino arbore habent; ideòque diminutivum à fraxino esto: hujus radix in officinis vulgò dictamnis albus vocatur, quia ejus odorem, saporem, & vires habet, & albus, quia radices albas habet, ad differentiam cretici; nihil cum veterum dictamno commune habet. B. *Essen-kruud*. G. Weisser diptam, escherwurtz. Gall. *Dictam blanc*. A. White dittony.

FRAXINUS ARBOR, est magna, crassa, recta, ramosa, cortice tecta polito, cinereo, viridescente: Lignum est durum, politum, album: folia sunt oblonga, bina, pinnatim nata ad communem costam, cujus apex

definit in folium impar faporis parum amari & acris : flos mas, apetalus, cujus stamina apice gemino plerumque donantur : ovarium oblongum, ovatum, compressum, instructum tuba bifida; in femina per maturitatem fit fructus planus, membranaceus, linguiformis, factus semine meduloso similis figuræ; faporis acris & amari : hæc arbor crescit in locis humidis circa flumina & in sylvis. An à fragore filiquarum, quem, ventis agitata edant ? B. **Eschen-boom.** G. Eschen-baum. Gall. *Frêne.* A. The Ash-tree.

FRICATIO, seu FRICTIO, Gr. $\tau\epsilon\tau\psi\iota\varsigma$, & $\alpha\prime\upsilon\alpha\tau\epsilon\iota\psi\iota\varsigma$, *sicca* est vel *humida*. *Sicca* est, quando corpus vel membrum solis manibus, aut linteis pannive laneis ficcis fricatur, quæ & chirothecis peragi aliquando solebat. *Humida* fiebat vel aquâ, vel oleo, vel ambobus simul admixtis. Varia habentur genera, ut *Mollis*, *Dura*, *Intermedia*, *Multa*, *Pauca*, &c. B. **Öpplinge.** G. Das reiben, kratzen. Gall. *Frottement*, *friction*. A. A rubbing.

FRITILLARIA, est planta, quæ habet caulem, pedem circiter altum, tenuem, rotundum, internè fungosum, coloris virido purpurei vel nigri : folia mediocriter longa, angusta, excavata : flos est liliaceus, campaniformis, hexapetalus, pendulus, nudus, plerumque tessellatus, sex staminibus factus, ovarium complectens : Ovarium est instructum tuba bifida, triplici cavitate pergente usque ad cava Ovarii, fit fructus oblongus, ferens semina plana, gemina serie ordinata : radix duobus tuberibus carnosis constat, ex quorum medio caulis assurgit : hæc planta crescit in pratis, & colitur in hortis : dicitur, quod ejus flores maculis pingantur in modum fritilli. Vocatur & *Meleagris*. B. **Wibits-eyeren.** G. Bretspiel-blum. Gall. *Fritillaire*, *le Meleagris*. A. Fritillari.

FRONS, Gr. $\mu\acute{\epsilon}\tau\omega\pi\omicron\varsigma$, est superior faciei pars, terminata superciliis, temporibus, & crinibus capitis : quibusdam à ferendo dicitur, quia præ se fert animæ signa. B. **Het voozhoof / de stern.** G. Die stirn. Gall. *Le front*. A. The fore head, front.

FRONS, inter vegetabilia interdum pro ramo ponitur. Propriè tamen dicitur id quod ipse ramus circumquaque producit, multa interdum folia habens, & nonnihil corticis, ac veluti cauliculi.

FRON-

FRONTALE, est medicamentum externum, quod frequenter, ad capitis dolorem & fervorem, fronti applicatur. Constat ut plurimum ex herbis, floribus, feminibus, farinis, & aceto rosaceo madefactis. Gr. *Προσταπίδιον*. B. *Doozhooft-middel*. G. Stirn artzney. Gall. *Frontal*. A. A frontlet.

FRUCTUS, sunt grandiores illi ac succulenti plantarum foetus, & seminum receptacula, ut poma, pyra, pruna &c. vel, quod carne & semine compactum est. Frequenter tamen pro eo, quod involucre perinde quasi carne, & semine coactum est, accipi solet. B. *Druchten*. G. Fruchten. Gall. *Fruits*. A. Fruit.

FRUMENTUM, dicitur à fruendo, quod maximo cum fructu ejus usus est. Estque quod geniculato culmo, & arundinaceis constat foliis, semenque panificio & pulvibus aptum, in spicis aut jubeis producit. B. *Хлопъ*. Gall. *Bled*.

FRUTEX, est planta inter herbas & arbores media perennis, & gemmipara, ad arboris magnitudinem non assurgens; ad ligneam tamen indolem proximè accedens, vel quod à radice caudice multiplici, ramosumque sese attollit, ut rubus. B. *Heester*. G. Eine stände, gesträuch. Gall. *Arbrisseau*. A. Shrub. Vide *Thamnos*.

FUCUS, est plantæ genus, quæ crescit in aquis, primò multos caules tenues, angustos & compressos germinat, qui sese postea extendunt in parvos ramos, habentes folia ampla, oblonga, quercum referentia, sed minor, substantiâ suâ tenaci, membranosa, flexili, plerumque polita, aliquantulum lanuginosa, caulibus suis adhærentia: adsunt tubercula vacua, aut bulbula aut vesiculæ cum feminibus, oblongæ, vel obrotundæ, aliquando majores, interdum minores: hæc planta est plerumque humilis, aliquando tamen ad duorum pedum altitudinem crescit, recens capta est coloris flavi viridescentis, sed siccata fit coloris nigri, nunquam flores habet, ab illis vesiculis suprascriptis supra aquam sustinetur. Gr. *Φύκος*, est herba marina, an à *φύω* cresco ut quidam volunt? Est quædam species in Candiæ maritimis locis, quibus lintea, lana &c. purpureo colore inficiuntur: atque eo etiam feminae sibi fucum seu cosmeticum parant. Vide in *Alga* Hofmanni.

FULIGO, idem quod *Aporrhæa*.

FULMINATIO, idem quod *Detonatio*.

FUMARIA, est planta, quæ habet plures caules ad altitudinem pedis vel sesquipedis crescentes, quadratos, excavatos, coloris partim purpurei, partim albescentis: folia minutim incisa, caulibus longis & angulosis adhærentia, lobata umbelliferarum instar: flores sunt polypetalis, anomali, papilionaceis æmuli, ex duobus tantum petalis constantes, quasi bilabiati, labio superiori in caudam abeunte cum inferiori ad pediculum conjuncto: hæc inter labia velut in palato, cujus os à ligula occupatur pistillum positum est vagina obvolutum, quod deinde abit in fructum membranaceum nunc longiorem, nunc brevior, factum semine parvo, rotundo, ex nigro viridescente, saporis amari & ingrati: radix mediocriter crassa, fibrosa, alba: Tota planta habet saporem amarum & ingratum, crescit in pratis. Sive Fumus Terræ, Gr. *καυρίς* & *καδρύσιον*, sic dicta, quod ejus succus oculis inditus, veluti fumus lachrymas moveat, oculosque mordicet. B. *Duive-herbel / aard-rook / grype-com*. G. Taubenkropf, tauben-kærbel, erd-rauch, ratzen-kærbel. Gall. *Fumeterre, Pied de geline*. A. Fumitory.

FUMIGATIO CHYMICA, est corrosio metalli; per fumum vel vaporem. B. *Rookinge*. G. *Räucherung*. Gall. & A. Fumigation.

FUMUS TERRÆ, idem quod *Fumaria*.

FUNCTIO, idem quod *Actio*.

FUNDA GALENI, est fascia, in quatuor partes divisa, in affectionibus maxillæ inferioris utilis, vel alibi fissis. B. *Slinger-band / een vierhoofdige windel / slinger-zwagtel*. G. Eine vierhauptige windel. Gall. *Fronde, Bandelête à quatre Chefs*. A. A Swathe consisting of four parts.

FUNGUS, est plantæ genus nullos flores, folia, nec semina apparentia habens, utriculis & aëriis fasciculis pedunculus constat, qui pedunculus est brevis, crassus, fungosus, instructus capitulo carnosio, crasso, spongioso, obrotundo, aut compresso, aut acuto, foliaceo, sæpè plurimas fistulas inferius habet in formam organi pneumatici dispositas; falso creduntur nullum habere semen, nam inter lamellas habent uteros, qui infinita semina continent. Sed variæ sunt fungi species; quidam dici volunt à funere,

re, quod suo veneno vescentes ad funus ducat : sub forma excrescentiæ arboribus, fruticibusve quibusdam adnascuntur vel immediate è terra prodeunt, sub varia forma & figura, de quo consulendi Botanici. B. *Paddestoelen / Quivels-bzood / Kampernoeljen / Padde-bzood.* G. Ein schwamm, schwemme & pflifferling. Gall. *Champignon ou Potiron.* A. Toad-stoole, or Mushroom.

FUNGUS, est caro mollis & spongiosa, quæ vulneribus superincrescit. B. *Wastert of weelig-bleis.* G. Schwammgewächs, glied-schwamm. Gall. *Excrescence spongieuse, chair baveuse.* A. A Spungy Tumour.

FUNICULUS UMBILICALIS, sive INTESTINULUM, LAQUEUS, seu ductus umbilicalis, est pars, funiculi modo contorta, oblonga, vasculosa, crassitie pollicis, longitudine quatuor quasi spithamarum, in foetibus ab umbilico in placentam uterinam usque porrecta; continet arterias duas, venam unam, & urachum. B. *De Navel-streng.* G. Der schuur von der nabel, nabel-riem. Gall. *Le Cordon ombilical, ou du Nombri.* A. The Navel-string.

FUNIS ARBORUM, est Smilax levis, quia sese circum arbores volvat.

FURCALE OS, idem quod *Furcula.*

FURCULA, SUPERIOR, dicitur os sterni superius, alii etiam jugulum vocant; ita etiam claviculæ os appellatur.

FURCELLA, idem quod *Furcula.*

FURFURATIO, Gr. *Πιττογίαις*, Latinis etiam *Porri-go*; affectus est, cum scalpentibus furfuribus similia ex capitis cute decidunt, & quidem plerumque cute eâ, quæ sub capillis est, item etiam è barba & superciliis. B. *Zemelagtigheid.* G. Der hauptgrind, die schwinden. Gall. *Teigne.* A. Scurf or daridraff.

FURNUS, est locus in quo ignis ad materiam Chymicè tractandam, dextrè & convenienter accommodatur: estque apertus vel tectus, rotundus, quadratus &c. De furnis consule authores. B. *Gen Oven.* G. Ein Ofen, Brenn-osen. Gall. *Fourneau.* A. A Furnace.

FUROR, idem quod *Mania.*

FUROR UTERINUS, est in foeminis, imò & in virginibus Salacitas & Satyriasis quædam, sed cum delirio,

ita ut non modo Venerem & Viros appetant, sed prostituant sese primò sermone obsceno, eoque delectantur, deinde ipsæ eum instituunt, tum absque pudore se denudant, & sine discrimine etiam obvios quosque invadunt, & sollicitant. Cùm primum hic morbus incipit, feminae tristiores sunt & taciturnæ, oculos jactant lascivos, rubet, modo pallet facies præcipuè narratione rerum obscenarum, rubor elucet cum pulsu & respiratione mutatis, adhuc vix pedibus consistunt tripudio dedita. Inconstanter plerumque amant hunc vel illum, quo conspecto, aut de quo cogitantes ilicò perturbantur. Deinceps rixantur, moerent, rident, garrunt, cantant, dubia loquuntur, demùm delirant, & pudorem decoquunt, ita ut nunquam in lecto nudæ decumbant, ut per plateas vagabundæ quærant, quibuscum sese commisceant, quos non benè excipere solent. Ab hoc morbo hodiè immune non est fermè sequioris sexûs genus, maximè autem meretrices. *Causa* videtur consistere in succo feminali, qui ad summum maturitatis gradum evehctus virgines in furorem agit; exemplum illud in brutis animalibus quotannis occurrit, ut in felibus, tauris, damis & cervis. Est quidem & alius affectus huic cognatus, quem *Uteri* vel *Matricis Fervorem* Antiqui appellarunt, quando nimirum univèrsa substantia, & totum ejus corpus incalescit, cum dolore & lumborum gravitate, *horripilatione*, fastidio & urinæ ac excrementorum alvi suppressione; & femina coitum vehementer appetit, sed ob dolorem venere uti pertimescit. Gr. *Υστερομαχία*. B. *Wazende moer / ritfigheid*. G. *Wuetende geilheit*, *wuetende mutter krancheit*. Gall. *Fureur de la Matrice*, *Rage d'Amour*. A. *Fury of the Womb*, or *Womb fury*.

FURUNCULUS, sive **DO THIEN**, est tuberculum acutum ovi columbini magnitudine cum inflammatione, & dolore; maximèque ubi jam in pus vergit. Qui ubi apertus est, & exiit pus, subter apparet pars carnis in pus versa, corrupta, subalbida, subrubra, quem ventriculum quidam furunculi nominant. In eo nullum periculum est, etiamsi nulla curatio adhibeatur: maturescit enim per se, atque erumpit. Sed dolor efficit, ut potior Medicina fiat, quæ maturiùs liberet. B. *Bloed-zweer / bloedbin / tpek / hertebuile*. G. *Blut-geschwær*. Gall. *Furoncle ou Clou*. A. *A Boil*.

FUSIO, est liquatio cujuscunque materiae fusilis per calorem ignis sæpè vehementissimi, ut fit in liquandis metallis & mineralibus; huic operi non rarò follis adhibetur. **B. Smettinge.** G. Ein gusz, schmelzung, Gall. *Fusion.* A. A Melting.

FUSTERNA, est superior pars Abietis, dicitur, quia nodosi solent esse fustes & baculi crebris nodis ut plurimum asperi, inferior pars vocatur è contra *Sapinea*.

G.

G Græcum Γ Medicis Uncia est.

GAGATES, est Asphaltum eousque vi naturæ perfectum, ut evadat nigrum, durum, terrenum, scissile, politum, graveolens, resplendens : propter duritiam vocatur *Lapis Gagates*, vel *Thracius Nicandri*.

GALA, idem quod *Lac*.

GALACTOPHORI DUCTUS, propriè sunt *Vasa Lactea*, sive quæ chylum versùs cor ex intestinis per mesenterium & ductum thoracicum ducunt. Item dicuntur *Ductus lactiferi*, chylum (ut quidam Neotericorum finxerunt) ab intestinis recta via ad glandulas mammarias ducentes : Rectiùs tamen hoc nomen arteriis imponitur, ex eo quod unà cum cruore chylum mammis advehunt, in quibus lac, ad infantis usum sequestratur. Sic quoque vocantur tubuli ex glandulis mammaris lac in papillas ducentes, ex γαλά lac, & φέρω porto, duco. **B. Melshuizen.** G. Milch-gefässe. Gall. *Les Conduits Laiteux.* A. The Milk-vessels.

GALACTOPHERA, medicamenta sunt, quæ lactis copiam uberrimam faciunt, & ad mammarias glandulas determinant. **B. Melkmakende middelen.** Gr. γαλακτοποιητικά. à γάλα & ποίω.

GALACTOJECTICE FACULTAS, Gr. Δύναμις γαλακτοποιητική, nihil aliud est quàm aptitudo ad sequestrandum lac : de lactis sequestratione vide in *Lac*.

GALANGA, radix est aromatica, colore saturo rubra, duplex est *Major* & *Minor*, sed minor majori melior est: nondum auctores conveniunt de hac planta; quidam utramque speciem ad Iridum genus referre volunt ob radicis præsertim convenientiam, alii verò majorem tantum Iridibus accensendam esse censent, minorem verò frutici folia myrtum æmulantia gerenti annumerandam, credunt.